

ur, ut dicitur in Decretalibus extra de Baptismo c. Major. Unde & Dominus, Luca 22. Petrus dixit, quem Summam Pontificem constituit: Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Et hujus ratio est, quia una fides debet esse totius Ecclesie, secundum illud 1. Corinth. 1. Idipsum dicitis omnes, & non sint in vobis schismata. Quod servari non potest, nisi quæstio fidei extra determinetur per eum, qui tota Ecclesia præsit, ut sic ejus sententia a tota Ecclesia recipitur tenetur. Et ideo ad solam auctoritatem Summi Pontificis pertinet nova editio symboli, sicut & omnia alia, quæ pertinent ad usum Ecclesiam, ut congruere Synodus generalis, & alia hujusmodi.

Et hinc ad secundum argumentum, quod intendebat probare, non esse sub aliquo hominis potestate novam symboli editionem condere, quia in Synodo Ephesina c. 2. art. 6. in hæc de fide, nova editio symboli interdicitur sub anathemate, quod reiteratur in Synodo Chalcedonensi part. 2. art. 5. sub hæc: Respondet: dicendum, quod prohibito, & sententia Synodi se extendit ad privatas personas, quarum non est determinare de fide. Non enim per hujusmodi sententiam Synodi generalis ablati est potestas sequenti Synodo, novam editionem symboli facere, non quidem aliam fidem consentientem, sed eandem magis expresse. Sic enim qualibet Synodus observavit, ut sequens Synodus aliquid exponere supra id, quod præcedens Synodus expresserat, propter necessitatem alicujus heresi insurgentis. Unde perinde ad Summam Pontificem, cuius auctoritate Synodus congregatur, & ejus sententia confirmatur. Hæc D. Th. Videndi Borretha, & Cæteranus super hanc articulo. & insuper Commentatores, Videndum quoque D. Th. q. 10. de pot. art. 4. ad 13. ubi ostendit, particulam sibi quæ justè additam fuisse symbolo, quia id est eam auctoritate Ecclesie, & maxime Romani Pontificis, cuius auctoritas sola sufficit; nec est necessarium, Universale Concilium ad symboli expositionem faciendam convocare.

IX. Tandem ex antiqua Ecclesie praxi constat, plures doctrinas, ut hereses fuisse declaratas, & damnatas a solo Summo Pontifice, nullo coacto generali Concilio, & tamquam hereses a tota Ecclesia fuisse habitas. Quodnam enim Concilium Generale Pelagianos damnavit, ut pro hereticis habentur? Quodnam condemnavit Novatianos, qui iam tempore Cypriani inter hereticos censentur? Concilium Nicænum orationum Communiorum primum 157. annis præcesserat Appollite, Valentini, & Marcionite, qui ab Ecclesia, ut heretici habiti sunt; quodnam quæso Generale Concilium celebratum fuit, ut tamquam heretici a tota Ecclesia haberentur? Romanus Pontifex sine Concilio generali hereses Priscilliani, Joviniani, Vigilantii damnavit. & ut hereticos Catholicæ Ecclesie statim rejecit. Si ergo priorum seculorum hereses solus Romanus Pontifex judicavit, ejusque judicio tamquam infallibili tota Ecclesia abique ulla cunctatione parit: Cur non modo iudicatur quam magnifice de Cælestino Romano Pontifice loquatur S. Prosper lib. contr. Collatorem, cap. 21. Unde, & venerabilis memoris Pontifex Celestinus, cui ad Catholicæ Ecclesie præsidium multa Dominus gratia sua dona largitus est; sciens, & damnatis non examen iudicii, sed solum patientiam remedium esse præstantem; Celestinum, quasi non discussio negotio, audientiam postulante, totius Italia fœderis iustis extrudi: adeo, & præsertim lacrum statuta; & decreta Synodalia inviolabiliter servanda censens; ne quod semel meruerit abscondi, nequaquam Britannia liberavit; quando quidem inanimis gentile, solum sua virginis occupantes, etiam ab illi ferreæ excoctis Oceani, & Cardanus Scotis Episcopo (scilicet Palladio) dum Romanam insulam studeat ferreæ Catholicam, scit etiam Barbaram Christianam. Per hanc vitam etiam Orientales Ecclesie gemina post pugnas suas quando Cyrillo Alexandrina Urbis Antipisti, & gloriosissimo Fidei Catholica Defensori, ad excedendam Nestorianam Imperatorem, Apollite auxiliatus est gladio: quo etiam Pelagianus, dum cognoscit confederantur erroribus, iterum profertentur. Et ecce igitur Celestinum Romanum Pontificem profertentem eos, qui damnati ab Apostolica Sede petebant, cusum ab ipso iudicatum iterum in examen vocari, & hoc sequendo Præcessorum suorum statuta, & rursus damnantem hereses etiam in Orientali Ecclesia. Et infra: cum Pelagianus heresis subdole adhuc pullulare tentaret, ait: Quod ne hypocritarum obtineatur insidias, cosquidinus, Domini protectione præstantem, ut, quod operante est in Innocentio, Zosimo, Bonifacio, Celestino, operetur in Xisto, & in custodia Domini gregis, hæc se parvæ gloria hinc servata Pastori, ut, sicut illi lapsus abigere manifestos, ita hic deploras reculeat. Vides, qualis esse quarto seculo Ecclesie consuetudo? a Romanis Pontificibus iudicio irretractabili hereses damnabantur.

Merito igitur Conventus Episcoporum Gallicæ factus Parisiis SS. Trinitate Biblioth. Theol. art. 3. sess. 4. c. 16. Innocentium 2. sic afficit. *Adversus doctrinam lucem... pristino decore restitui, jura veterem fidei regulam... Prolatum a sanctitate vestra, postulantibus, quamprioribus Galliarum Episcopis, decretum, de quo in negotio illud observationis dignum accidit, ut quemadmodum ad Episcoporum Africæ relationem, Innocentius 1. Pelagianam heresim damnavit eum, sic ad Gallianorum Episcoporum consultationem heresim adverso Pelagii non oppositam Innocentius X. auctoritate sua præscripsit. Eius non veritate, illius auctoritate Ecclesie Catholica, Cathedra Petri committitur, & auctoritate fulta, qua in decretali epistola Innocentius ad Africanos data elucebat, quæ de deo Zosimo altera ad Unversos Orbis Episcopos subscribita est; Pelagianæ heresim damnationi abique cunctatione subscripsit. Persequitur enim habebat, non solum ex Christi Domini pollicitatione Petro facta, sed etiam ex illis priorum Pontificum,*

& ex anathematismis adversus Apollinarium, & Macedonium, nondum ab illa Synodo Oecumenica damnatis, a Damaso paulo antea iustis, iudicio pro faciendâ regula fidei a Summo Pontifice lata, super Episcoporum consultatione (sive suam in illis relationis sententiam ponant, sive omittant, prout illis colliberio) dicitur eque, ac summa per universonam Ecclesiam auctoritate peti; cui Christiani omnes ex officio ipsius quoque merito obsequia prestare tenentur. Ea nos quoque sententia, ac fide inobis, a Romana Ecclesia presentem, qui in Summo Pontifice Innocentio X. vice, auctoritatem & hinc observantia ceteræ, Confessionem divini nominis in fidei & beatitudinis vestra conditam, nobisque exaltatam ab Illustrissimo Archiepiscopo, Nuncio Apostolico, promulgandam curabimus in Ecclesia, ac Diocesis vestra, acque illius executionem apud fideles populos urgebimus. Hæc Gallicani Episcopi: quæ sigillatim ponderanda sunt.

Comparat ergo primo Innocentium X. Innocentio I., junctque, quod sicut ad relationem Africanæ Ecclesie Episcoporum Innocentius I. heresim Pelagianam auctoritate Apostolica damnavit; ita Innocentius X. postulantibus compluribus Galliarum Episcopis, heresim oppositam, scilicet Janenianam, auctoritate sua proscriptam.

Secundo ajunt, utriusque Innocentio Africanos respectivè, & Gallicanos paritè, memore a venuta ætate, idest semper, hoc Privilegium Romanam Sedem habuisse, ut sua auctoritate, nullo expectato Concilio Oecumenico, hereses proscilicet, ejusque iudicio mens omnium captivare fidelium: & hoc respectum haberi non solum ex pollicitatione facta Petro a Christo Lucas 22. Ergo rogavi pro te & cetera confirmat fratres tuos & cetera, sed etiam, quia priores Pontifices, nullo prævio Oecumenico Concilio, sua auctoritate hereses damnarunt, ut Damaso Apollinarium, & Macedonium.

Tertio statuerunt, iudicium Summi Pontificis esse indigestibile, quia divina æque, ac summa per universonam Ecclesiam auctoritate nititur.

Quarto afferunt, ejus auctoritatem Christianos omnes ex officio ipsius quoque merito obsequia prestare teneri. Quare Clerus Gallicanus non peti, Janenianam propositionem auctoritate Concilii Generalis iterum examini, & condemnari, sed ex quo Pontificia damnatio Divini, ut ajunt, Nominis in fidei ad ipsos pervenit, pollicetur, se ejus decisionem apud fideles ipsi commissis promulgaturos, executionem promitturos; & tandem concludunt, absque ulla conditione, violatoribus, & contumaces fatis penis per Episcopos, Reges Christianissimi prædictos, fore puniendos. Hinc placuit aliquantulum immorari, ut reveris studiosos, contrariam sententiam non a tota Gallicana Ecclesia esse adoptatam, ut quidam vel decepti, vel decipere volentes, in vulgus spargunt.

S. III.

Reverentur contraria motiva, & solvuntur.

X. Afferam ex præsertim, quæ opponit Dupin in suis de antiqua Ecclesie disciplina Dissertationibus diff. 5. cap. 5. Primo ergo sic arguit. Galat. 2. v. 14. Petrus a Paulo reprehensibilis fuisse perhibetur, & accusatur, quod non rectè ad Evangelii veritatem ambularet, quodque Gentis auctoritate sua ad iudicandum impelleret. Si ponit ergo Petrus adversus veritatis regulam, quam Ecclesia postea secuta est, cogere Gentem ad iudicandum? Cur non potuerit Petri successores contra veritatis regulam aliquid, aut docere, aut prescribere?

Hinc D. August. lib. 2. de Baptismo cap. 1. ex hoc facta Petri inferit: quanto facilior, & fortis, quod per universonam Ecclesiam statuta firmantur est, vel unius Episcopi auctoritati, vel unius Provincie Concilio referendum est?

Ante Augustinum vero Cyprianus idem ex hoc Pauli erga Petrum factò inultè in epist. ad Quirinum concludens, quod si Petrus, super quem Christus edificavit Ecclesiam, cum secum insisteret, non arroganter adsumpsit, ut diceret, se primatum tenere, & obtemperari a novellis, & posteris sibi potius oportere, sed consilium vultu admittit, & rationi legitime, quam Paulus vindicabat, fœdè consentit, ut non pertinaciter nostram amentem, sed que aliquando a Fratribus, & Collegis nostris utiliter, & salubriter suggereretur, si sint vera, & legitima, nostra potius dicamus. Ex quoque consuetur, exemplo Petri doceri, Episcopos omnes in errorem prolabi posse, & ab illis emendari.

Id vero ad Romanos etiam Pontifices pertinere, docet Belagius Secundus in ep. ad Ibris Episcopos, ubi ex Petri factò excusandos dicit esse Vigilium, & Præcessores suos in causa trinum Capitulum, si affirmantem postea, quod antea improbaverant.

Primo retroque argumentum: si ex factò Petri, ut expostio ab argente, Romanus Pontifex esse infallibilis est, ac quilibet alius Episcopus: Cur Gallicani Episcopi ad Innocentium X. recurrerunt, ut suum de propositionibus Janenianis iudicium definitivum pronuntiarent, ad eum ita scribentes: *Magis causas ad Sedem Apostolicam referre scemini Ecclesiam nos est, quod si Petrus unquam deficiens perperit retinere pro jure suo postulat. Acquisita hinc legi obsequentia & cetera.* Cur rogant, ut quid in hæc re sentendum sit, clare, distincteque definiant? Cur subdant: *Evicta & super, Beatitudine tua, quantum Apostolica Sedes in gemini Ecclesie Capitis errore præfigendo valuerit auctoritas: consensu sedata est tempestas, atque ad Christi vicem, & imperium venti, & mare obdormierunt. Quomodo Regitimus, Beatissime Pater, ut clare, firmaque de propositionibus*

illarum prolata sententia, cui reverentis ipse Janesius moris proximæ opus suum subiecit, castigat omnem auctoritatem, aut mori fluctuantes componas, quidam prohibitas, Ecclesie tranquillitatem, spontaneamque resistas? Cur demum prolatam ab Innocentio sententiam, tamquam Divino Numine inspiratam, latis unius suspensum, venerantur, et in responsis ad Innocentium datis, ac supra relatæ, clare patet?

Rursus, si Petrus adeo turpiter in fide erravit, ut fingit arguens, ubinam in fide indefectibilis, ubinam constantia illi a Christo impetrata ad confirmandos in fide fratres; & quare Gallicani Episcopi in litteris superius alatis hanc Christi pollicitationem Petro factam extollunt, si affectu suo frustrata fuit?

Tertio. Jam ergo nescim Generale Concilium, sed, & quilibet Episcopus poterit sententiam Papæ docentis Ecclesiam reprehendere, utpote non secundum veritatem Evangelii prolatam, sicut Paulus reprehendit, & relictis Petro. Quid ad hæc Dupin?

Ad rem ergo veniens, mitto quorundam opinionem votantium, Capham a D. Paulo reprehensum, non fuisse D. Petrum, sed alium diversum, quæ a Bellarmino, Clementi Alexandrino tribuitur. Mitto etiam opinionem S. Hieronymi, & aliorum dicentium, S. Petrum non vere fuisse a Paulo reprehensum, sed tantum simulatore, & ex condito; de quo acerrima fuit disceptatio inter S. Augustinum, & Hieronymum, De hoc legitur Hieronymi epist. ad Augustinum, inter Sancti Augustini epist. 75, alias 111, & epistola S. Augustini ad Hieron. 82, alias 19. Tandem S. Hieronymus in S. Augustini sententiam concessit, ut testatur S. Augustin. ep. 260. modo addo, ad Oceanum, & retractatio extat lib. 1. Dialogorum ad Pelagianos c. 8.

Respondens ergo, Capham a Sancto Paulo reprehensum, fuisse revera S. Petrum Apostolorum Principem; non fuisse reprehensum simulatorem, sed vere, fratrem tamen, non iudicis reprehensum, non de errore apertis, & doctrinæ, sed persone, & conversationis. Eadem enim Petri doctrina erat, & Pauli, Circumcisionem scilicet, alitque ceremonias legis Petrus ipse jam decreverat ab iustificatione, & saluti. Quod Petrus in conversatione in Concilio Jerosolymitano asser. 15. ut quemadmodum ipse, cum primus esset, non tamen primatum insolenter jactavit; sic ipsi suam sententiam ita modicus tenebat, ut alios pre se contemneret. Et certe (ut advertit Pamelius) de Stephano Papa III non erat ferendo, quia nondum de rebaptizandis hereticis ad illum referat, sed dum res adhuc tractaretur in Africa inter suos. Addo, quod si adhuc vellet Dupin, Divum Petrum huc trahi in exemplum erroris, dicam, tristi in exemplum erroris; non doctrinæ, sed conversationis. Ceterum si metius perpendisset arguens, a Cypriano abstulisset. Dum enim Cyprianus, & Concilium esset in errore rebaptizandi hereticos, quis hunc errorem reprehendit, nisi Stephanus Papa 3? ergo hinc argumentum infallibilitatis potius, quam fallibilitatis erulit.

De Pelagio II, qui loquitur maxime de Vigilio ejus præcessore, qui in causa trinum capitulum, nimirum Theodori Mopsuesteni, Theodoret, & Iobæ Edessene quondam Civitatis Episcopi, varium fere ostendit, cum prius eos damnare recusasset, & postea in eorum damnationem confensit? Respondens primo, nihil esse ad rem: disceptatio enim illa erat, non de fide, sed de solis personis, & de factò, sicut ea, quæ inter D. Petrum, & D. Paulum verfabatur; ideoque bene potuit cum Petro mutare sententiam Vigilii, absque præiudicio infallibilitatis sui Sedis, quia hanc nos statimus, non in rebus puri facti, sed in rebus fidei dogmatis. Sicut enim Petrus, & Paulus conveniebant in fide, nimirum, circumcissionem, & cetera legalia non esse amplius necessaria ad salutem, & solum discedebant, an essent adhuc observanda, Petro affirmante, negante Paulo: ita Vigilium cum Orientalibus conveniebat ad initio in doctrina trinum capitulum rejicienda; solumque ab illis discedebat circa damnationem Auditorum trium Capitulum, quod cum ab initio obscurum, procedente autem tempore competuerit evasisset: ideo Vigilii & Occidentales, qui prius repugnaverant, in damnationem postea confenserunt; & hoc est, quod dicit Pelagius: *aliquid cum veritate quereretur, aliquid autem inventa veritate aliquid est: ut mutatio sententia hinc sed in crimine officiorum, quæ a constanti Ecclesia in ejus auctore venerat? Neque enim iudicii vitio veri debet, si variato rerum statu, magisque cognita veritate sententiam mutat. Hoc in casu præfenti ex hoc processisse scribit Pelagius, Latini quippe homines, & gratiarum ignari, dum linguam nesciunt, errorem tardè cognoverunt; & tanto eis celerius eradi debuit, quanto eorum constantia, quousque verum cognoverant, a certamine non quiescit. Quorum constantiam certe fraternitas vestra despiceret, si ausu præcipiti, priusquam verum cognoverant, confensissent. Hæc Pelagius, & merito. Cum enim scirent, Theodorum, Theodoretum, & Iobam, eorumque scripta fuisse in Concilio Chalcedonensi admittenda, non debebat Vigilii statim in eorum damnationem consentire, nisi prius explorata veritate, ne videretur damnata ea, quæ in Concilio Chalcedonensi gesta fuerant. Videatur Epistola citata Pelagii II, quæ est tertia, & insuper prima, & secunda ad eisdem Ibris Episcopos; ubi fidem Cathedralis Apostolicæ illibatam strenue defendit.*

XIII. Obijcit secundo. Apud Antiquam Ecclesiam ignotum fuit per decem & amplius secula hoc non errandi Privilegium, quod Romano tribuitur Episcopo. Non pauca etiam de fide olim lata sunt Judicia, Innotuit Rom non Pontifice, nec habitus ille facti, ut Supremis controversarum Index. Sed fæpe sæpius iudicia ab ipso lata, in Concilio præsertim Oecumenico Ibris Theol. Tom. 1.

na, & prædicatione, sed in conversatione. Ergo extra theorum canit Dupin; neque enim nos abimus, Papam esse defectibilem in conversatione; sed esse defectibilem in doctrina; seu posse Ecclesiam docere aliquid contra Verum Dei, & sic errare.

XII. Neque contrarius est S. Augustinus, cuius votum, pro Romani Pontificis infallibilitate in definiendo, supra retulimus. Comparat enim utriusque, scilicet Petri, & Cypriani modestiam, quod sicut Petrus nullus est, se corrigi a Paulo, ita Cyprianus paratus fuit, se corrigi ab his, qui diversè sentirent; & hoc probat ex ipsismet Concilii Cypriani verbis. Non tamen comparat in hoc; quod fuit Cypriani error de rebaptizandis hereticis fuit error in doctrina, fuerit error Petri; non enim Petrus exegit Gentiles circumcidi, docendo hoc fieri debere, sed quia cum oppositum sentiret, sic tamen conversabatur cum Gentilibus abstinens ab eorum mensis, ut illi exemplo suo inducerentur ad iudicandum. Cum vero ait, quod per universonam Ecclesiam statuta firmatum est; vel unius Episcopi auctoritati, vel unius Provincie Concilio referendum est: alludit ad Episcopum Cyprianum, & ad Concilium Africanæ Provincie ab ipso coactum, quibus certe præ valet auctoritas universonæ Ecclesie, quæ auctoritas tamen sine Romano Pontifice, qui universonæ Ecclesie Caput est, firmata, tem habere non potest. Quod vero nomine unius Episcopi, nec Petrum, nec ejus Successores includat Augustinus, indicat ipse citato loco; possum enim Cyprianum Petro comparavit, teste corrigens ait: *Ceterum magis errari debet, an in verum consumelissus existam. Qui enim nescit, illum Apostolorum principum cultibus Episcopatum præferendum? sed est ista castidiorum gratia, non est tamen Martyrum gloria. Hæc Augustinus.*

Quoad Cyprianum autem, puto, Dupin ejus mentem non fuisse adsecutum. Sanctus enim Martyr adducit ibi exemplum Divi Petri, qui licet primatum haberet, tamen a Paulo passus est corrigi, non ut hic inferat, Episcopos omnes; nullo excepto, in errorem prolabi posse; sed Divum Petrum adducit in exemplum humilitatis, & moderatioris, illius factò ceteros collegas suos ad concordiam invitans; ut quemadmodum ipse, cum primus esset, non tamen primatum insolenter jactavit; sic ipsi suam sententiam ita modicus tenebat, ut alios pre se contemneret. Et certe (ut advertit Pamelius) de Stephano Papa III non erat ferendo, quia nondum de rebaptizandis hereticis ad illum referat, sed dum res adhuc tractaretur in Africa inter suos. Addo, quod si adhuc vellet Dupin, Divum Petrum huc trahi in exemplum erroris, dicam, tristi in exemplum erroris; non doctrinæ, sed conversationis. Ceterum si metius perpendisset arguens, a Cypriano abstulisset. Dum enim Cyprianus, & Concilium esset in errore rebaptizandi hereticos, quis hunc errorem reprehendit, nisi Stephanus Papa 3? ergo hinc argumentum infallibilitatis potius, quam fallibilitatis erulit.

De Pelagio II, qui loquitur maxime de Vigilio ejus præcessore, qui in causa trinum capitulum, nimirum Theodori Mopsuesteni, Theodoret, & Iobæ Edessene quondam Civitatis Episcopi, varium fere ostendit, cum prius eos damnare recusasset, & postea in eorum damnationem confensit? Respondens primo, nihil esse ad rem: disceptatio enim illa erat, non de fide, sed de solis personis, & de factò, sicut ea, quæ inter D. Petrum, & D. Paulum verfabatur; ideoque bene potuit cum Petro mutare sententiam Vigilii, absque præiudicio infallibilitatis sui Sedis, quia hanc nos statimus, non in rebus puri facti, sed in rebus fidei dogmatis. Sicut enim Petrus, & Paulus conveniebant in fide, nimirum, circumcissionem, & cetera legalia non esse amplius necessaria ad salutem, & solum discedebant, an essent adhuc observanda, Petro affirmante, negante Paulo: ita Vigilium cum Orientalibus conveniebat ad initio in doctrina trinum capitulum rejicienda; solumque ab illis discedebat circa damnationem Auditorum trium Capitulum, quod cum ab initio obscurum, procedente autem tempore competuerit evasisset: ideo Vigilii & Occidentales, qui prius repugnaverant, in damnationem postea confenserunt; & hoc est, quod dicit Pelagius: *aliquid cum veritate quereretur, aliquid autem inventa veritate aliquid est: ut mutatio sententia hinc sed in crimine officiorum, quæ a constanti Ecclesia in ejus auctore venerat? Neque enim iudicii vitio veri debet, si variato rerum statu, magisque cognita veritate sententiam mutat. Hoc in casu præfenti ex hoc processisse scribit Pelagius, Latini quippe homines, & gratiarum ignari, dum linguam nesciunt, errorem tardè cognoverunt; & tanto eis celerius eradi debuit, quanto eorum constantia, quousque verum cognoverant, a certamine non quiescit. Quorum constantiam certe fraternitas vestra despiceret, si ausu præcipiti, priusquam verum cognoverant, confensissent. Hæc Pelagius, & merito. Cum enim scirent, Theodorum, Theodoretum, & Iobam, eorumque scripta fuisse in Concilio Chalcedonensi admittenda, non debebat Vigilii statim in eorum damnationem consentire, nisi prius explorata veritate, ne videretur damnata ea, quæ in Concilio Chalcedonensi gesta fuerant. Videatur Epistola citata Pelagii II, quæ est tertia, & insuper prima, & secunda ad eisdem Ibris Episcopos; ubi fidem Cathedralis Apostolicæ illibatam strenue defendit.*

XIII. Obijcit secundo. Apud Antiquam Ecclesiam ignotum fuit per decem & amplius secula hoc non errandi Privilegium, quod Romano tribuitur Episcopo. Non pauca etiam de fide olim lata sunt Judicia, Innotuit Rom non Pontifice, nec habitus ille facti, ut Supremis controversarum Index. Sed fæpe sæpius iudicia ab ipso lata, in Concilio præsertim Oecumenico Ibris Theol. Tom. 1.

nici, iterum examinata, ac retractata sunt. Ex quibus sic dicitur. Si extra controversiam tunc fuisset Romani Pontificis infallibilitas, ceteri Episcopi nequaquam iudicassent, absque illius consensu, & auctoritate, aut aliquid ab ipso iudicatum retractassent; sed oppositum contigit; ergo &c.

Respondet, debuisse probari a Dupin, per decem, & amplius secula ignotam fuisse Romani Pontificis infallibilitatem, sicut nostri probant oppositum, inter quos Dominicus a SS. Trinitate Biblioth. Theologica lib. 3. sect. 4. c. 16. percurrere per omnia secula, id ostendit; & quidem primo seculo id probat adventus S. Petri Romam, ad debellandum Simonem Magum & hereticum; unde refert Eusebius lib. 2. hist. cap. 36. benigna, & clementissima Dei Providentia fortissimum & maximum inter Apostolos Petrum, & virtutis meritorumque omnium principem ac Patrem, Romam, adversum illum genus humani labem ac pestem perducit. Primum ergo hereticorum Simonem, jam in Judea a Petro perdatum, tandem Romam ab eodem Petro Romano perdatum contendi dedit, ut in Petro, ejusdem Romane Sede ad hereses profligandas summum jus potestatis agnoscerent. Hinc secundo seculo Irenaeus lib. 3. advers. haereses c. 3. ad hanc enim Ecclesiam (Romanam) propter potestatem principalem necesse est, omnem convenire Ecclesiam, hoc est nos, qui sunt unicus fideles, in qua semper ab his, qui sunt unicus, conservata est res, qua est ab Apostolis tradita. Pergit insuper, Cum sub Clemente Petri successoris exorta fuisset inter Corinthios dissensio non modica, scripsit, quae est Roma, Ecclesia prestantissima, litteris Corinthiis, ad pacem eos congregans, & reprensam fidem eorum, & annuntians, quam in recentibus ab Apostolis acceptam, traditionem. Inde formato Catalogo Episcoporum Romae, usque ad Eleutherium, hac ordinatione (inquit) & successione ea, quae est ab Apostolis in Ecclesia tradita, & veritatis praerogativa pervenit usque ad nos. Et est planissima haec confessio, unam eandem vivificatricem fidem esse, quae in Ecclesia ab Apostolis usque hodie sit conservata, & tradita in veritate. Quare, quia Aitici Quartodecimani eodem seculo traditioni Ecclesiae Romanae contrarii erant, Victor tunc Episcopus Romanus voluit eos excommunicare, & S. Irenaeus, eorum de detruxerit, ne pax rumperetur, auctoritatem tamen in Victore non negavit. Et Victoris sententia in Concilio Niceano I. comprobata fuit.

Tertio quoque seculo Stephanus martyr Papa resistit Cypriano, aliusque rebaptizantibus haereticis, & sententia Stephani fuit sententia Ecclesiae. Cum ergo unicus ad novitatem reitanti reitantes, tunc haec memoria Papa Stephanus, Apostolica Sedis Aitici, cum ceteris quidem collegiis suis, sed tamen praeter ceteris fidei devotione vinceret, quantum loci auctoritate superabaret. Denique in epistola, quae tunc ad Africanam missa est, hic verbi Janxii: nihil innovandum, nisi quod traditionem est &c.; exponens deinde, quod post Stephani sententiam eveniret: Quid proferre, inquit, istius Africani Concilii, seu decreti, quae videri Donatistae Deo nulla, sed universa tanquam somnia, tanquam fabula, tanquam superflua, abotiosa, antiquata, calcaea sunt. Et hoc verum mira conversio! Auctores ejusdem opinionis, Catholici, confutatores vero, haereticos iudicantur. Ita Vincentius.

XIV. Nimius essem, si vellem singula percurrere secula, infallibilitatem Romani Pontificis in docendo Ecclesiam attestantibus; de quo videri potest laudatus Dominus a SS. Trinitate. Unum, vel alterum ex Conciliis proferam testimonium. Primum fit ex Concilio Ephesino, anno 431. in quo acta est causa unius Personae in Christo contra Nestorium: ibi enim lectis Calcestris litteris ad 2. Patres publicacclamatione eum appellavit novum Paulum, custodem fidei; & Firmus Calcestrae Episcopus dixit, Calcestrinum sententiam, regulamque praerelictam, quam Synodus secuta est. Secundum fit ex Concilio Chalcedonensi, in quo duplex natura in Christo anno 451. contra Eutichem statuta est; lecta enim ad 2. epistola Synodica S. Leonis, clamaverunt Patres: Haec Patrum fides: omnia ista credimus, orthodoxi ita crederent. Anastasius ei, qui ita docuerunt. Pie & vere Leo dicitur... haec in Epistola cur lecta non sunt? haec Dioscorus recalcavit. Et infra: nos incedimus, sicut Leo, ita credimus: nostrum nullus dubitavit, nos jam sub sententiam contra Dioscorum pronuntiarunt his verbis: Sanctissimus & beatissimus Archiepiscopus magnus & senioris Romae Leo, per nos, & per praesentem sanctam Synodum una cum res beatissimo, & omni laude digno Beato Petro Apostolo, qui est petra & crepidus Catholicae Ecclesiae, & vestri fidei fundamentum, nudavit cum tam Episcopali dignitate, quam & omni sacerdotali alienavit ministerio &c. Rursus ad 4. Cum Aegyptii Episcopi damnationi Eutichis subscribere detrectarent, Photius Episcopus Cyri, consentiens (inquit) epistola beatissimi & sanctissimi Archiepiscopi Romae, Leonis, sicut & universalis Synodus consentit, & subscripsit, & versa in graecam linguam epistola, omnes Episcopi clamaverunt; Qui non consentit epistola sanctissimi Archiepiscopi Leonis haereticus est; & quia tamen subscribere non posse, iterum clamaverunt, & dixerunt: subscribimus epistola Leonis. Qui ei non subscribit, anathema sit. Tanti ergo fecere Chalcedonenses Patres S. Leonis trus Ravennas (Chrysolomus) epist. ad Eutichem relata in Concilio Chalcedonensi parte prima. In omnibus (inquit) autem hortamur te, frater honorabilis, ut his, quae a beatissimo Papa Romano Civitate scripta sunt, obediens, attendas: quoniam

nam Beatus Petrus, qui in propria Sede visis, & praesidet, praesens quarensibus fidei veritatem.

Quarto, Anno 680. scripsit Agatho Papa ad Imperatores, occasione festa Synodi Oecumenice, damnans errorem Monothelitarum, atque inter alia, haec verba: Cujus auctoritate praesidio, haec Apostolica ejus Ecclesia nunquam a via veritatis in quolibet erroris parte deflecta est: cuius auctoritate, & auctoritate Apostolorum omnium Principum, semper omnis Catholica Christi Ecclesia, & universales Synodi, doctrinam amplecti. Et infra, per quam & probatissima Ecclesia Christi luminaria claruerunt, & sancti quidem Doctores orthodoxi venerunt atque sancti sunt. Haereticis autem falsis criminantibus, ac derogationum vitio insensuri &c. Et infra post allegatam Christi promissionem Petro factam subdit: Consideres itaque vestra tranquillae clementiae, quoniam Dominus, & Salvator omnium, cuius fides est, qui semper Petri non deservit promissis, confirmare cum fratre suo admonuit; quod Apostolicus Pontifex meae exiguitatis praedecessores considerenter fecisse semper, cunctis est agendum. Ecce Agathonem, indefectibilem in fide, & doctrina tum Ecclesiam, tum Romanos Pontifices asserentem. Quid ergo huic Episcopo rescriptisset Dupin? Lectis hinc litteris adione B. Patres omnes Synodi responderunt; ita esse, ut Agatho scriperat. Immo ad 18. sic Agathonem rescripterunt. Itaque rursus, ut Prima Sedis Antistiti Universali Ecclesiae, quid agendum sit relinquimus, sancti super firmam fidei petram, libenter acquiescentes vestra confessionem litteris a vestra paternae beatitudinis ad summum Pontificem missis: quae, ut a summo Apostolorum veritate divina scripturae agnoscentur, per quas exortam super multiplicis erroris hereticam scissam depulsum &c. Haec erat Veterum Conciliorum erga Romanos Pontifices observantia. Relinquendum illis quid agendum esset in causis fidei; eo quia notum ipsi erat, haec supra firmam Petram, sententias eorum, ut divinas agnoscerent, & consequenter ut infallibiles.

XV. Dicit Dupin, Si ita esset, nonnulli Episcopi, maxime Catholici, ad eo dissentire, nefas duxissent. Si enim iudicium Victoris habitum fuisset, et non resistissent neque Asiatici, sed nec Irenaeus, & ceteri Orbis Episcopi, qui non obstante Victoris sententia, in illorum communione perseveraverunt. Similiter Cyprianus, & Africani Praesules, nec non Dionysius, & alii Orientis Episcopi in Stephani sententiam pedibus visissent, si eam iudicasset infallibilem, nec disciplinam suam contra eius auctoritatem mordicus retinissent. Quare Sanctus Augustinus lib. 2. de Baptismo cap. 5. dicit: eos illa fide, & charitate a Stephano dissentisse, quia nondum veritate perfecta erant, necdum sublata quaestio, quod certe non dixisset, si iudicium Stephani iudicasset infallibile, & ultimum.

Retorquetur instantiam. Est Asiatici in causa celebrationis Paschalis non inveniuntur in sententia Victoris, in eam tamen iit Concilium Niceanum, quod eos damnavit, tanquam haereticos, sub nomine Quartaedimanorum. Est Cyprianus, aliusque rebaptizantes non acquirere sententia Stephani, illi tamen subscripsit Concilium Plenarium, five Nicenum fuerit, five Antiochenum, & oppositum sententiae, ut haereticis proscripti sunt: ergo iudicium Romani Pontificis, & consequenter iudicium Romani Pontificis a veritate non deviat.

Respondet ergo, nec Asiaticos resistentes fuisse Victoris, nec Africanos Stephanos, si, ut patet, rem omnium praerudiciorum habuissent. Ceterum cum quaestio utraque, si de Paschate, five de Baptismo eis videretur non ad hanc, sed ad praerudiciorum disciplinam spectans, nec aliud illis obicerent Romani Pontifices, quam disciplinam, & usum suae Ecclesiae, unde Stephani decretum non aliud erat, nisi: nihil innovandum, nisi quod traditionem est; inde nimio seriyandae propriae consuetudinis & traditionis amore ducti, quam (licet falli) putabant meliorem, crediderunt, se salva fide, & charitate posse resistere, & hoc, eo vel maxime, quia Stephanus decreto suo excommunicationem non iunxerat contra oppositum tenentes, & haec tamen suam Irenaei suspendit. Ut probat Natalis Alexander hist. Eccles. secul. 2. dissert. 5. resim. Eusebii lib. 3. cap. 24. hist. Nicephori lib. 4. hist. cap. 38. & 39. Rebaptizantes vero Stephanus resistentes, esse nota haereseos inveniendi non sint, sicut neque Asiatici, quia res nondum declarata erat, ad fidem spectans, erroris tamen labem effugere nequeunt. Videntur propterea S. Augustini lib. 2. de Baptismo contra Donatistas cap. 4. s. 8. & alibi Cyprianum excusans.

Non possum tamen, quin mirer, Dupin ex facto isto Stephani cum Cypriano, & rebaptizantibus, Romani Pontificis infallibilitatem evictore conari, cum e contra Vincentius Lirienensis hoc idem factum producat communis, 1. c. 9. ad eandem adstruendam. Ut enim tenenda antiquitatis, & fugientis deo novitatis exemplum afferat, constantiam Stephani, & suae Sedis contra rebaptizantes laudat. Unum aliquid (inquit) & hoc de Apostolica potestatem Sede sumemus, ut omnes luce clarius videant, Beatorum Apostolorum bona sumemus, quanta ut semper, quanto studio, quanta conventionis defendendis suscipimus, simul religiosum, integritatem. Tum recensit Agrippini, & Cypriani de rebaptizandis haereticis decreto, & deinde resistentiam Stephani, ejusque Epistola in Africanam missa, subdit: Intellegit enim eis, sanctus & prudens, nihil aliud rationem pietatis admittere, nisi, ut omnia, quae fide a Patribus suscipita fuerunt, eandem fidei fidei conservarentur, neque religionem, non qua vellemus ducere, sed potius qua illa ducere, sequi oportere... Quis, ergo tunc unicus negotii existit? Quis unicus, nisi vultus, & solutus? reserata est scilicet auctoritas, epistola vultus. Infallibile ergo Stephani decretum, & decretum oppositum errorem.

XVI. Pergit ulterius Dupin; Basilius, ceterique Orientales nunquam tres Hypostasies rejicere voluerunt, & eos probare, qui unum dicentes, quavis id maxime urgeret Romanus Pontifex cum ceteris Occidentalibus, qui non alia conditione cum Maletio communionem habere vellent; ergo Basilius iudicium Romani Pontificis non exillatim infallibile.

Respondet, dist. confeg. infallibile in causis fidei, nego confeg. in causa, de qua tunc agebatur, transeat consequens. Causa enim, quae controversabatur inter Orientales, & Occidentales, non erat de fide, sed de significato hujus vocis hypostasis. Orientales enim, quorum principes erant Basilius, alerebant, hypostasis nomine significari Personam, ideoque tres hypostasies in Deo faciebant. Occidentales vero cum Romano Pontifice, quibus significatio illius vocis graece videbatur suspecta, atque idem exprimere, ac usum, seu essentiam, vel substantiam, ideoque trepidabant, ne facientes tres hypostasies, fieri viderentur in Deo tres substantias. Timebant ergo, ne hoc nomine hypostasis sibi fraus fieret ab Ariani; ideoque D. Hieronymus epist. 57. ad Damasum, scripsit, abbat, nobis dicere unam substantiam, tres Personas substantiam, personam, aequales, coeternas. Tunc dicitur tres hypostasies, si placet, & una tenentur. Non bona suspitionis est, cum in eodem sensu verba distinctur: quae si reserantur, tres hypostasies cum suis interpretationibus desine non dicere, non negantur. Sed mihi credite, nonnulli sibi male latet. Eodem timore laborabat S. Anthonius lib. 5. de Trinitate cap. 8. volens, hypostasis nomine non aliud intelligi, quam substantiam. Et prudeniter quidem timebat, nam, ut refert Theodoretus lib. 2. cap. 8. Ariani hypostasis nomine substantiam intelligebat. Eo autem magis timor augebatur, quia Maletius triam hypostasies assererat (licet Catholicus) ab Ariani in Ecclesia Antiochenam susceptus fuerat, excludo Paulino legitime in ea sedente, qui tres hypostasies lateri noluit. Eadem ergo omnium Catholicorum, tum Orientalium, tum Occidentalium erant fides de Unitate essentiae & Trinitate Personarum, sola concentrato erat de voce hypostasis. Occidentales volebant, significari substantiam absolute, Orientales aliam Personam. Illi resubstantiarunt illis. At in quo? in fide? non in voce? quid ergo hic contrarium? Quamvis nec in hoc eius oppositio erit fuerit, sed prudentiali cautela. Videatur D. Thom. 1. 2. q. 29. art. 2. ubi quaerit, an sit idem Persona, Hypostasis, substantia, & essentia. In 1. sent. dist. 26. q. 1. art. 1.

XVII. Obijcit tertio. Plures Romani Pontifices ad causas finitimas Synodos petierunt convocari. Sic Liberius ad Athanasium causam iudicandam Synodum petiit a Constantino. Sic Damasus, & Occidentales Synodum Universalem petierunt ad res Orientis componendas. Sicut Bonifacius ad Concilium remiit iudicandum. Innocentius petiit Synodum ad causam Chrysolomi examinandam. S. Leo ad Eutychis causam retractandam, resubstantiamque latrociniis Ephefinae decretum, Synodum Universalem necessariam esse, duxit. Mitto alios innumeratos. Si ergo Romani Pontifices iudicium suum supremum, ac infallibile iudicasset, illud solum interposuissent, non Synodos cogi potuissent.

Confirmat hoc tali discursu. Posito, quod infallibile sit aliquid iudicium, absurdum est, causam in eo terminatam, iterum examinare, & iudicare. Quid ergo necesse erit totius orbis Episcopos fatigari? Quid opus, Ecclesiam Patribus orbem ad cogenda Concilia, quorum iudicium non plaris fieri debere, quam unius Romani Episcopi? certe ex duobus infallibilibus iudiciis, unum plaris alteri fieri non potest, nec duo infallibilia iudicia maiorem auctoritatem habent, quam unum; quod enim infallibile est, omnino omnino meretur fidem; vel ergo prolixus superflua sunt Concilia, vel iudicium Romani Pontificis infallibile non est. Ita Dupin.

Primo eadem retorquere respondet. Licet Romani Pontifices aliquando Concilia petierint ob motiva, quae statim adducam, causas tamen sine fidei, sine facti prius ipsi iudicaverunt, & eorum iudicium fuit Concilii consensio probatum; ergo eorum iudicium fuit infallibile.

Secundo respondeo ad singula. Liberius ut refert Theodoretus lib. 2. hist. cap. 16. disputabat cum Constantino, in causa Athanasii, qui erat causa puri facti & agebatur enim, num vera essent crimina, quae illi obiciebantur, necne. Quid ergo agere poterat Liberius cum Imperatore Ariano, ejus iudicium detrectante, eique dicente: ut solus es, qui impis illius amicitiam retinetis? prudentissime ergo respondit, quod prius reuocatur ab exilio fratres, & Ariani subscribant verba fidei, tunc universi Alexandriam conveniant, ubi, & accusatus ipse, & accusatoris sui, & defensor eorum, examinatus illorum negotio, contemderent sententiam proferturam. Quid ex hoc contra Romani Pontificis infallibilitatem? Quid cum negabant Ariani? At cur auctoritatem etiam Concilii, ad quod provocabat Liberius, petierit, fieri Synodum Generalem, quae fuit Constantinopolitana prima, anno 381. ad condemnandum Macedonium, quem tamen in Synodo Romana ipse prius condemnarat, anno 379. unde condemnatio Synodi Generalis fuit repetitio condemnationis factae a Synodo Romana, ut ab utraque Ecclesia Orientali, & Occidentali condemnaretur. Apollinarem tamen, & Timotheum, instantibus Orientalibus, ab hoc Synodo Generali damnavit, ut refert Theodoretus lib. 5. hist. cap. 10. recitans epistolam Damasii ad Orientales, qui Damasii damnationem venerat fuit.

Bonifacius Sardinensis Episcopus, Christum purum hominem asserens, ducis in eo personas agnoscentis, Mariam a Christi Genitricem Thom. I.

partu manifeste Virginem negans, denunciatus ad Concilium Capuense, ab isto remittitur ab Anysium Episcopum Theopophilum, qui eius causam cognovit, eumque condemnavit. Ionicentem, qui eius causam cognovit, eumque remittit ad Non vido, quomodo Sircius hunc Bonifacium litteris, quae Concilio iudicandum: nisi forte ex quibusdam litteris, quae ab aliquibus tribuuntur Sircio, & extant tom. 1. Concil. Havd. col. 84. sed ex his litteris colligo, Anysium, priusquam de Bonifacio sententiam ferret, iudicium Sircii petisse. Accepit litteras vestras (respondit Sircius) de Bonifacio Episcopo, quibus vel pro veritate, vel pro modesta nostram sententiam suscipiari voluisset. Et licet iudicium non allumit; cum apud fe haberet Synodum congregatam, in qua iudicatio confecerat, sed iudicium remittit ad Synodum ab Anyfio congregatam, Bonifacium tamen condemnat dicens: sane non possum negare de Maria filio (Bonifacium) iure reprobatum; asserens, qui hoc adstruit, nihil aliud, nisi perdidit Iudeorum adstruere. Nihil ergo conficit Dupin ex isto Sircii facto: si Concilium, ad quod remittit Bonifacium, a Sircio sententiam petiit; & quomvis asserat, nolle se formam iudicii assumere, sententiam tamen condemnationis, & ipse profert.

Porro, quod sententia Sircii expectanda iure esset ab Anyfio ante condemnationem Bonifacii, testatur S. Ambrosius epist. 78. ad Theophilum Alexandrinum Episcopum, cum a Concilio Capuano commissi fuerat causa inter Evagrium, & Flavianum, quae magis in Oriente tumultus excitabat. Scribit enim: Sane referendum arbitramur ad Sanctum Traxum nostrum Romanum Sacerdotem Ecclesiae, quoniam praesentissimus ea re iudicaturum, quae etiam illi displicere nequeant. Ita enim unice eius consilium sententia, ita pacis, & quietis securitas, si id vestro statuatur consilio, quod communioni nostrae discessionem non afferat, ut nos quoque accepta nostrorum serie sententiam, cum id genitricem esse cognoverimus, quod Ecclesia Romana haud dubie comprobaverit, latius fructum huiusmodi examinis adfirmatum. Epistolam hanc per extensum videtis etiam apud Alexandrinum cum sua Synodo referendum esse pro approbatione ad Romanum Pontificem: quid obstat eius infallibilitati: quod res examinentur, & iudicentur in Concilio, quandoquidem absque eius approbatione ad universalem Ecclesiam acceptandum non erat?

Ad Innocentium I. appellavit S. Joannes Chrysolomus, ipsum suscepit; Acta Synodi ad Querquum, qua iniuste, ac illegitime damnatus, & inconspicua Sede Apostolica contra Canones depositus fuerat, rescidit. Fecit, noluisse Innocentium causam Chrysolomi decretorio iudicio per se ipsum terminare, sed Synodum Universalem convocari ad hunc finem optasse, immo, & procurasse; non quia pro dignitate Suae Sedis id non posset, hoc enim fecerat Julius cum Athanasio, Paulo, Marcello, & Aclepa ab Ariani excautoribus: sed summae Innocentii prudentiae fuit, considerato rerum statu, in se hunc imminens evitaret, ut bene advertit Natalis Alexander hist. Eccles. secul. 5. cap. 5. art. 2. Cum vero Synodi celebranda nullam spem superesse videret (Chrysolomus fin defuncto) decretorio iudicio usus est, compellens Orientales, ad memoriam Joannis Chrysolomi inter Constantinopolitanos Episcopos in Ecclesiae Dypticha restituumum, nec prius suspensam redintegrans eum Orientalibus communionem; quam illi executioni mandavit.

Acta Ephefinae Secunda, seu verius praedictoriae Synodi, auctoritate sua S. Leo rescidit, & Flaviani, ac Theodoretus inique depositorum appellationem suscepit. Concilium Chalcedonense equidem cogit, ibi iterum rescissa Ephefina latrociniis acta, ibi retractata Eutichiana haereticis condemnata. Sed quare quia res Orientis ita exigebat. Theodosius ad Ephefina Synodi firmaverat, haec debent rescindi, ut factum fuit a Marciano Imperatore. Dioscorus depositione erat damnandus, haereticus Eutichiana in Ephefina Concilio probata, erat anathematizanda. Haec omnia per se facere poterat Leo; sed consultus paci Orientis fuit ad haec Synodum convocare. Sed in hac Synodo quantum emicuit Leonis, & S. Sedis dignitas I. Auctoritate Leonis sententia in Dioscorum lata est. Epistola Leonis ad Flavianum, velut oraculo sancti Petri per Leonem loquentis, haereticus Eutychiana conficta est; tandemque acta Concilii, pro ut ipsi libuit, a S. Leone confirmata. Haec pro veritate, ac Tyrionum notitia dicta sint.

Ceterum fallitur Dupin, dum putat, ex convocazione Conciliorum optata, petita, facta per Romanos Pontifices, ad res fidei decernendas, enervari eorum infallibilitatem, quasi id factum fuerit ex conscientia propriae infallibilitatis. Numquid enim infallibiles erant Petrus, ceterique Apostoli, per Spiritum sanctum in veritate firmati? Et tamen exorta controversia de legalium observatone, opportunum iudicatum cogere Concilium Ierosolymitanum, ut communi voto firmaretur, quod a quolibet eadem firmitate poterat decerni. Sed in hoc Concilio etiam emicuit auctoritas Petri: Is enim in Concilio sententiam tulit, ac sententia Petri Concilii pariter sententia fuit. Tacuit omnis multitudinis, & in sententiam eius (Petri) Iacobus Apostolus, & omnes simul Presbyteri transierunt. Hoc non debet esse molestia ledori, sed & mihi, & illi utilitas, ut probemus, ante Apostolum Paulum non ignorasse Petrum Principem esse huius decreti, legem post Evangelium non esse servandam. Hieron. epist. 89. nunc 74. ad Augustinum. Sic Romani Pontifices Petri successores in Concilio per epistolam, vel Legatos sententiam dixerunt, ac in eorum sententiam Patres transierunt.

XVIII. Ad confirmat. neg. assumptum. Non enim congregantur Concilia, ut definitioni Pontificis dent infallibilitatem, sed aliis de causis. Prima, quia licet in Pontifice fit infallibilitas in decernendo, tamen debet hoc praesere per media huma-



Alexander, mendosum esse totum, ut a Sirmondo refertur, & sic restituendam videri sinceram lectionem, nulla ei exinde ascribitur culpa, si Infantes sic permanent in iplo Baptismo; Ita laudatus Auctor hist. Eccl. secul. 8. cap. 1. art. 6.

Ad quintum, in quo videtur facere magnam vim, multa dicit Natalis Alexander hist. Eccl. secul. 13. & 14. differt. 11, ubi agit de controversia a Dupin allata, & ostendit, Constitutiones Joannis XXII. de paupertate Christi, & Apostolorum, dominique, vel usi PP. Minorum, in dogmate fidei, non esse contrarias Nicolai III. Constitutioni, Exiit, qui se misit.

Dnas enim quæstiones tangunt illæ Constitutiones: Prima est de paupertate Christi, & Apostolorum; altera de iure, ac dominio Fratrum Minorum. Prima fidelem spectat; secunda vero Philosophiam Moralem. Quoad primam Joannes XXII. a Nicolao non dissentit. Nam Nicolai assertit, Christum abdicatorem absolutissimam dominii rerum temporalium tam in communi, quam in particulari, verbo, & exemplo docuisse, quod sane verissimum est. Verbo enim docuit Matih. 10. exemplo autem Matih. 6. & Luca 8. Non negat tamen, Christum aliquando rerum aliquarum dominium habuisse, eorum maxime, quibus utebatur, vel quas ad suos, & storum usus accipiebat; & aliquando tempore servabat tanquam ad victum necessariam, dicitur enim in Evangelio Joan. 13. loculos cum Apostolis possesside, ex quibus emi jubebat necessaria ad communem sustentationem; & pauperibus etiam erogari; quod vitæ genus maxime imminente Passione amplexus fuit. Hoc est, quod Joannes XXII. assertit, & hereseos damnat oppositum, & quia effect contra Scripturam, & quia, si Christus dominum proprie dictum in illas pecunias non habuisset, injuste illas possidisset, injuste expendisset; quia bona non sua, sed aliena, & ex bonis alienis, injuste possesside elemosinas elargitus fuisset. Nec in hoc dissentit a Nicolao, qui etiam docuit Christum, infirmorum personam suscepisse in loculis, & infirmitate imperfectionibus descendendisse, infirmitati scilicet nature, quam assumpsit, qui sustentandæ multa necessaria sunt, sese accommodans. Ecce igitur, quomodo in fidei puncto non discordant Nicolai III. & Joannes XXII. cujus sententiam ita exposuere Cardinales, Episcopi, & Doctores ab ipso consulti, quos refert peritus Alexander.

In altera vero questione, de fr. Minorum archidama paupertate, an scilicet simplicem usum facti, an vero etiam jus, & dominium habeant in rebus, que usui consumuntur; Nec enim itavim pugnant Nicolai, & Joannes. Nam Nicolai loquendo, apud Minoritas esse solum simplicem usum facti, loquens de iis rebus, in quibus usus a dominio separabilis est, quod in rebus, que usui ipso consumuntur, contingere nequit. Quod vero in hoc sensu locutus sit Nicolai, ostendunt ipsius verba. Nam respondens legi dicenti, non posse usumfructum a dominio perpetuo separari &c. respondit: Quis quidem lex de rebus illis intelligitur, quarum penes unum usus rei, & penes alium dominium posse, licet inutilis, remanere, quod nequaquam in rebus usu consumptibilibus potest esse; cum in illis per usum, vel ab usum usuarii, substantia talis rei esse desinat, & per consequens proprietatis etiam inutilis non subsistat. En quomodo, nec in hoc discordes sunt hi duo Pontifices. Cæterum est in hoc Joannes a Nicolao dissentire, neuter illo- rum in fidei dogmate errasse dicendus est; hujusmodi enim quæstio fidei summam non spectat, sed tantum Moralem Philosophiam. De hoc agemus fusius in Tractatu de Justitia, & Jure.

Ad id, quod addit de Bonifacio VIII. fallitur, dum ait, ejus Constitutionem Usam sanctam fuisse a Clemente V. abrogatam. Eam quidem, sicut & aliam, Rem non novam, moderatam est Clementis, non abrogavit. Ita declaravit, in cap. mensis, ubi irritas omnes sententias, constitutiones &c. que in sexto decretalium libro non continentur, quatenus præjudicate possint iuribus Regum &c. duabus (inquit) Constitutionibus, que non sunt in eodem libro tractate, quarum una incipit Unam sanctam, & alia Rem non novam, quas secundum venerationem easdem alias per nos factas, & non aliter intelligi volumus in suo robore permanentes, exceptis. Consideratissima enim ratione perpenderit Clementis V. in decretali Unam sanctam, duo esse distinguenda. Unum, definitionem, qua Bonifacius pronunciat, de necessitate salutis esse Reges Romano subditi Pontifici, eique parendum esse, etiam in temporalibus; & hanc approbat, ut de fide tenendam Clementis. Alterum, rationes, quibus Bonifacius hanc necessitatem adstruebat, & secundam hanc partem, que ad fidem non spectabat, & in qua doctrinam suam, non Ecclesie Bonifacius effundebat, moderatus est. Ita concordat cum Bonifacio Clementis; Alexander hist. Eccl. secul. 13. & 14. differt. 9. cui tamen non in omnibus, que ibi dicit adhaerendum est. Alexander adduxit, ut Doctorem Sorbonico contrapopam, & ut, qui legerit, videat, doctrinam Dupin esse doctrinam suam, non (ut ipse vendicat) Academiæ Parisiensis.

Falsitas etiam evincitur contrarietas, que supponitur circa Bibliorum correctionem, inter Sixtum V. & Clementem VIII. non enim Sixtus V. publice toti Ecclesie editionem suam proposuit, sed cum opus jam esset excusum, & ut in lucem emitteretur, idem Pontifex operam daret, animadvertens, non pauca in sacra Biblia præli vitio irrepisse, que ita viderentur consulti, arguere decrevit. Id vero cum moris præventus præstare non potuisset... tandem sub initium Pontificatus Clementis VIII... opus, quod Sixtus inveniendat, Deo bene juvante perfectum est. Ita legitur in Bibliorum præfatione. Non ergo, quod Sixtus judicavit perfectum, Clementis emendatione dignum exillimavit, sed quod Sixtus perfectum putaverat; idem

Sixtus advertens in aliquibus emendandum, exemplaria jam impressa revocavit, emendationem novam indicit, quam Clemens absolvit. Est autem deceptio aliqua fingeretur in Sixto, dum putavit emendata Biblia, que adhuc erant mendosa, nihil tamen præjudicaretur infallibilitati Romani Pontificis, quia menda illa ex typographorum vitio irrepserant, & error factus erat: præter quam quod menda minoris momenti erant, que sensum, & doctrinam Sacre Scripture non corrumpere.

S. V.

Argumenta ex testimoniis Pontificum, & Conciliorum.

XXV. Prosequitur Dupin intendens, ex confessione eorumdem Pontificum evincere eorum fallibilitatem in decernendo.

Primo opponit Paulum IV. qui in confesso satis frequentis, in quo agebatur de solvendo matrimonio, per verba de presenti contracto, inter Franciscum Montmorantium, & Joannam Halluriam Plennam: Ne quis (inquit) vos temerè decessum motum facta, & exempla, que antequam legi volo, & quatenus Scripturæ auctoritas, & Theologorum rationes, vos ad illud agendum inducant... non dubito, quin ego, & prædecessores mei errare aliquando poterimus, non solum in hoc, sed etiam in pluribus aliis rebus generibus; & tamen condemnandi plane non sumus: nam Deus suam ita regit Ecclesiam, ut illi certum ad tempus assensum facta, que tam inde patet.

Si vera sunt hæc, que minus telis dicto refert Dupin, mirum Joannis Hage Parisiensis Theologi, que refert etiam Natalis Alexander hist. Eccl. secul. 15. & 16. cap. 1. art. 18. Respondeo, Pauli, ut Doctores privati fuisse speciale opinionem, Pontificem non posse solvere matrimonium, per verba de presenti contractum, non tamen consummatum; cum tamen opinio contraria communior sit: & ante ipsum aliqui Summi Pontifices dispendierat, & post ipsum Pius IV. Gregorius XIII. & S. Pius V. quorum iudicio potius standum est. Id autem, quod subdit, plures suos predecessores errare potuisse, vel privata eorum opinio fuit, vel locutus est de suis prædecessoribus in casibus particularibus, & meri facti, non de ipsis, ut ex Cathedra dehiñebatur, & totam Ecclesiam docentibus, & proinde eorum dictum nil obesse infallibilitati, prout a nobis statuitur. Fidei enim causas (ait Natalis Alexander citato loco scholio 2.) suo dubia circa fidem emergentia ad Sedem Apostolicam referenda est, confos, & ad Ecclesiam Romanam; in qua semper fides intemerata servata est, & ea, que est ab Apostolis tradita, & illius decretis, iudicio, & Constitutionibus, ita est servanda, ut his obviare, plane sit hæretice privativæ notam incurere. Hæreticum enim esse constat, qui Romanæ Ecclesie in fide non concordat, ut scribit Leo Carnotensis episc. 8. Hinc autem etiam Romensis Archiepiscopi verba se antimo usque in episcopo de divorcio Zacharii Regis, de omnibus dubiis, vel obcuris, que ad recte fidei tenorem, vel pietatis dogmata pertinent, Sancta Romana Ecclesia, ut omnium Ecclesiarum Mater, & Magistra, Nutrix, & Doctrix est consideranda, & ejus salubria monita fide tenenda, maxime ab illis, qui in illis regionibus habitant. In quibus Divina Gratia per ejus prædicationem omnes in fide genuit, & Catholicæ lacte nutrit, quos ad vitam præordinavit æternam. Hæc Natalis Alexander, & ita Galii antiqui sentiebant.

XXIV. Obijcit secundo Adrianum VI. qui in a. sentent. de Ministro Confirmat. ait, ad secundum principale de falso Gregorii I. dico, quod si per Romanam Ecclesiam intelligatur Caput illius, pura Pontifex, cerum est, quod possit errare, etiam in iis, que tangunt fidem, hæresim per suam determinationem, nec decretalem decedens; Plures enim fuerunt Pontifices Romani hæretici; item, & novissima sententia de Joanne XXII. qui publice docuit, declaravit, & ab omnibus teneri mandavit. Hæc licet scripserit adhuc Lovaniensis Theologus; factus tamen Pontifex non retractavit.

Respondeo, Adrianum, dum ea conscripserit, errasse, sicut erravit, dum ait, Joannem XXII. hæresim publice docuisse, declarasse, & ab omnibus teneri mandasse; cujus oppositum firmis documentis ostendimus, in tractatu de Visione. Nisi forte dicatur, locutum fuisse de Pontifice, ut Persona privata est, non vero ut Doctor universalis ex Cathedra Ecclesiam instruens. Quare suspicor, Adrianum fuisse ita locutum, quia forte erat in opinione quorundam Theologorum, qui distinguant Romanam Ecclesiam a Romano Pontifice, & dicebant, hunc in fide errare posse, illum non posse: sicque si loquatur omnia argumenta solvere, quia plerique non Romanæ Ecclesie, sed Summi Pontificis fidem impugnant. Porro Adrianum in hac opinione fuisse, credibile reddunt illa verba, si per Romanam Ecclesiam intelligatur Caput illius, pura Pontifex &c.

Verum placere non potest hæc distinctio. Illi enim ab errore vindicant quidem Romanam Ecclesiam, sed non Romanum Pontificem. Nullum ergo discrimen invenio inter Apostolicam Sedem, & Apostolicæ Sedi insidentem, dum ex ea loquitur, & in ea sedens loquitur. Cum enim Galliarum Episcopi accesserint, fidei oracula postulari tempore Innocentii X. ut supra dictum est, interrogantur ne singulos Romanæ Ecclesie fideles, aut Ecclesiam ipsam Romanam? An potius Innocentii Summi Pontificis iudicium quaerunt? & merito; nam non Romanus Populus, aut Clerus adhuc congregatus est qui Ecclesiam universalem docet et, que fidei funt, sed Romanus Episcopus. Nec potestis judicari de causis fidei, ligandi, solvendi, pascendi, fratres confirmandi, in populo, aut Clero Romano est, sed in Romano Pastore. Nec Concilia exigunt Confirmationem, & robur ab ipsa Romana plebe, sed a

bis Romanæ Antistite. Melius ergo dicimus, dum in Romano Pontifice duplicem fingimus contingere posse errorem, unum Personalem, Judiciale alterum. Error itaque Personalis est privatus error Persona, Judicialis vero est error Ministerii, & Publicus. Consulit Pontifex de aliquo casu, vel facto particulari respondet, si in hoc aliquis error est, hominis est; & Personalis, non Pontificis, quavis responsum illud a Pontifice datum sit. At si idem Pontifex, instituit iudicio de fidei questione, iudicando aliquid deservire, quod revera falsum est, tunc hic error a publico Ecclesie censore prodiret, essetque error Judicialis, error Sedis. De erroribus primi generis loquitur Adrianus, non de erroribus secundæ generis.

Hoc errore, nimirum Personalis, fatetur, se potuisse labi Gregorius XI. in testamento suo, ut refert idem Dupin. De quo pariter loquitur Innocentius III. dum serm. 2. (non 3.) de consecratione Pontificis, ait, in eorum anim fides mihi necessaria est, ut eum de castri peccatis salum Deum iudicem habeam, propter solum peccatum, quod in fide commisit, per se non ab Ecclesia iudicari. Hic enim eum loqui de errore Personalis in fide, manifestum est; nam immediate ante, ubi loquitur de seipso ratione officii, sic ait: Nisi enim ergo soliditate essem in fide, quomodo possem alios in fide firmare? Quod ad officium eorum respicere videtur, Dominus præsentat: Ego, inquit, pro te rogavi Petrus, ut non desinas fide tua; & tu aliquando convales, confirma fratres, nos. Rogavi, & imperavi... & idem fides Apostolica Sedis in nulla unquam turbatione desit, sed integra semper & illibata permansit, ut Patris privilegium perseveranter conservemus. Immo nec Romani Pontificis Personam unquam amittam fidem, asserit, serm. 3. de consec. Summ. Pontifex, dicens, Ego tamen scio non crediderim, ut Deus permittente, Romanum Pontificem contra fidem errare, pro quo spiritus sanctus oravit in Petro, & serm. 4. de eodem, ut ostendat, quomodo possit ab Ecclesia iudicari, si forte laberetur in hæresim: Verum (inquit) non frustra fidei blanditur de peccatis, neque de sublimitate, vel honore temere gloriatur; quod quanto minus iudicatur ab homine, tanto magis iudicatur a Deo. Minus dico, quia potest ab hominibus iudicari, vel potius iudicari debet, si videtur errare in hæresim. Nulli ergo ex Adrians consilio pro sua causa Dupin.

XXVII. Obijcit tertio Eugenium IV. qui in tertia Bulla adversus Concilium Basileense, licet se supra Concilium Generale esset, ait, in quæstionibus, que ad fidem respiciunt, vel statum universalis Ecclesie, potius attendendam esse Concilii, quam Pape sententiam.

Sed quid dicit Dupin, si ipsi ostendero, præfatum tertiam Bullam non fuisse cum aliis duabus prioribus revocata, sed nunquam revera ab Eugenio prodidisse? Quod præfatas Bullas revocaverit Eugenius, evidenter ostendo, ex Bulla revocationis, que legitur serm. 16. Concilii Basileensis tom. 8. Concil. edit. Haruin. col. 1172. Quod vero dicit tertia Bulla Eugenioi factum non fuerit, præfata revocationis Bulla aperte loquitur. Ubi enim se revocare duas prioribus, protestatus est, de tertia subdit: nam veritas, quarum coram de verbo ad verbum inferiori describitur, que dicuntur inceptor, Deus novit, cum a nobis, aut de scitu nostro nunquam emanaverint, licet superfluum videatur, quod non existat, revocare, tamen, quia petimus est, & ad cautelam, si illo unquam tempore apparerent... casamus &c.

XXVIII. Obijcit quarto. Adrianus II. in epist. que ad Synodum sextæ ad. 7. lecta, & approbata est, ait, licet Honorio ad Honorium post mortem antistitem sit dictum; sciendum tamen est, quibus super hæresis fuerat accusatus, præter quam solum licitum est interitus materiam suorum moribus respicere, vel præter sententiam libere respondere.

Leo etiam II. epist. ad Constantiam, confirmatoria Synodi sextæ de Honorio, ait, ipsam Romanam Apostolicam traditionem non Apostolica traditionis doctrina iustissime, sed ipsa traditione immaculatam fidem maculari permisit, & in epist. ad Hervigium accusat eum, quod immaculatam traditionis regulam, quam a prædecessoribus accepit, maculari consenserit.

Respondetur de Honorio facti dictum fuisse dubio præcedente, nimirum, ipsum non fuisse revera animo hæreticum, licet talis apparerit, ac peccasse levitate, ac indulgentia culpabili, non invidelitate. Hinc Adrianus citatus non ait, quod fuerit hæreticus, se quod super hæresi fuerat accusatus. Et Leo II. quod immaculatam fidem maculari permisit, consensit, non errore proprio maculavit. Dici etiam potest, epistolam Honorii ad Sergium, ob quas hæresis nota inultus fuit, fuisse literas privatas consultivas, non decretorias; ideoque, si erravit, fuit error Personalis, non Judicialis.

XXIX. Obijcit quinto epistolam Synodalem Concilii Basileensis, que sic habet: Si Ecclesia errare possit, cum certum sit, Papam errare posse; tuoc & Papat, & reliquo toto corpore errantibus, tota errare Ecclesia, quod esse non potest. Experientia etiam demonstrat, quin sepe experti sumus, & legitimi, Papam, licet caput, & principalem partem, errasse, reliquum autem corpus, Papat errantem, errasse nunquam legitimi; præterea reliquum sepe totum corpus condemnavit, aut deposuit Papam, tam, rationis fidei, quam morum. Hæc est definitio Concilii Generalis, & approbat a Pontifice; nam Basileense Concilium apertè, & Communiter esse, declaravit Eugenius IV. in Bulla, que lecta est sessione 14. Declaravimus, inquit, & declaramus, præfatum Concilium Generale Basileense a tempore prædictæ inclusionis sue legitime continuatum fuisse, & esse &c. Cum ergo prædicta epistola Synodica a Synodo probata fuerit, & haud dubium, quin pro definitione Concilii Generalis habenda sit, & inter acta Concilii ab Eugenio approbata, nu-

meranda. Adde, quod Nicolaus V. Eugenii successor omnia fidei, gesta, concessa, data indulta, disposita, & ordinata Concilii Basileensis approbavit.

Hoc Basileense Concilium est, vel Palladium, ad quod Pontificia infallibilitatis hostes confugiunt; Vel equus Trojanus, ex quo armati profiliunt. Sed revera potius, quam Concilium Christianorum, Babelica confusio fuit. Convocatum quidem fuerat a Martino V. & ab Eugenio IV. confirmatum. Vig autem expleta sess. 1. Eugenius iustis, pluribusque de causis, quas refert August. Patrit. tom. 9. Conc. col. 1087. Concilium dissolvit, illudque Basile Bononiam transtulit, & summe Legatum revocavit. Hoc audito, pauci, qui Basileam conveniant, contra dissolutionem Concilii obsequere coeperunt contentes, id ab Eugenio fieri non potuisse; ideoque sess. 2. decretum de superioritate Concilii, cæteraque contra Ecclesie Capitis dignitatem, Concilii legitimi deviare, & in errores prolabi usque ad depositionem Eugenii, & electionem alterius Pontificis succedere procedens. Patet, Basileenses ad tantum factum non statim progressos fuisse. Multa interea contra Pontificem attentata sunt, que in apertum schisma eruptura videns Eugenius, pacis studio, & Principum precibus peremptus, maxime Sigismundi Cæsaris, Concilio Basileensi iterum adherere decrevit, revocatis hinc inde literis, & gestis tum a Pontifice contra Concilium, tum a Concilio contra Pontificem. Hoc habetur sess. 14. Forma adhesionis sibi a Concilio præscripta, ideoque summe Apostolicæ libertatis læsiva; Literæ Eugenii revocatorie dissolutionis, & adhesionis Concilio, leguntur, sess. 16. Verum Concilio in dies contra suam prenam ejus Auctoritatem moliente, & alta contra fidei statuente, tandem Eugenius a Concilio recessit: Concilium alium Papam elegit Amedeum Sabaudia, Felisnicum suscepit, aliæque subsecuta fuerunt, non sine spiorum scandalo. Vicit tamen auctoritas Eugenii. Post ejus separationem, Concilium Basileense in Conventualium verum est, & Synodus ei opposita Bononiæ, Ferrariæ, & tandem Florentiæ ab Eugenio convocata, pro legitima habita est non solum a Latinis, sed etiam a Grecis, qui illuc convenientes pacem cum Latinis intererunt.

Hæc puto apud omnes certa esse. Difficultas est, a quo tempore Concilium Basileense desierit esse legitimum, ejusque gesta nullius esse roboris coeperint. Volunt quidem, hoc tunc solum coepisse ab eo tempore, quo Eugenius totaliter se a Concilio separavit, nimirum sess. 19. acta vero in prioribus sessionibus habenda esse tamquam a Concilio legitimo edita: inter que sunt decreta de Concilio superioritate, & infallibilitate supra Papam. In hac sententia procedit argumentum contrarium Dupin.

Respondeo, negando epistolam illam Synodalem, & cætera acta Basileensis Concilii, maxime ea, que post læsiva, & injuriosa auctoritati Pontificie, fuisse ab Eugenio, aut ab illo alio Pontifice confirmata. At inquis, Hoc declaravit Eugenius in Bulla, que lecta fuit sess. 14. nimirum Concilium illud a tempore suæ inceptionis legitime continuatum fuisse, & Communem esse. Distinguo. Declaravit Eugenius, approbando progressum, & continuationem Basileensis Concilii, concedo, approbando decreta ejus, nego. Approbavit ergo Eugenius (ut schisma, quantum fieri posset, declinaret) progressum, & continuationem Concilii, declarando illud inefficere, continuasse, & adhuc continuare, ut legitimum, idem habuisse, & habere progressum legitimum auctoritate fidei: non enim fuerat Eugenii intentio, ut Concilium illud evacuaretur virtute sua, si cause, ob quas illud transfugerat, aut non essent veræ, aut non tante gravitatis, sicut postea ipse agnovit. Non tamen declaravit; illud continuasse legitimum quoad materiam processus, ita, quod omnis declaratio facta, & decreta in illo, Primum summe prudentie Eugenio fuit, attendentis ad circumstantiam temporum. Secundum vero summe insipientie fuisse. Quis enim, nisi imprudentissimus, approbaret gesta, aut decreta aliqua, antequam illa videret, examinare, atque plene, & integre ponderaret, si quid in eis minus rectum, minus verum, aut minus expediens contineretur? Porro, quod per approbationem processus, & continuationis Concilii, non intendit Eugenius, approbare decreta in illo, vel ipsi Basileenses intellexerunt: Si enim aliter intellexissent, cur tanto studio, & tam repetitis vicibus laborarunt per oratores suos, ut eorum decreta approbaret, & confirmaret Eugenius? Stante autem legitimatione in processu Concilii, sed non accedente confirmatione decretorum, stare potest error in decretis, ut apparet in secunda Synodo Ephesina: que, sicut fuit legitima auctoritate inchoata, ita etiam continuata, que tamen gravissime erravit, ut dictum est supra. Hæc, & alia plura Turcemetata, responsores anno 1439. que extat tom. 9. Concil. Haruin. col. 1269. & lib. 2. summe de Ecclesia cap. 100.

XXX. Quod autem Eugenius decreta Basilensia non confirmaverit, quin potius hoc detraxerit, immo ea, que indidentia summam Romani Pontificis auctoritatem, ejuraverit, manifeste evincit ejusdem Eugenii Bulla, que incipit ad hoc vir Dei, edita in Concilio Florentino anno 1439. & ab eodem Concilio probata existens 3. part. ejusdem Concilii tom. 9. Concil. col. 1004. qua Basileensium omnia acta, gesta, statuta, & decreta, maxime in duabus ultimis sessionibus, circa veritatem suarum approbationem, & temerariam depositionem, cassavit, revocavit, & annullavit, ut perniciosa, & nullam habentibus potestatem temere condita; decernens, punien-

